



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 65. Cardinalis Maffæi fatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Sæcul. XVI.**A.C. 1583.**

continuit, aliaque multa perfecit, quæ pietatem promovere posse viderentur: insuper idem comitiis Pontificiis, quæ ipso vivente peracta sunt, semper interfuit, illis scilicet, in quibus renuntiati fuerunt Romani Pontifices Marcellus II., Paulus IV., Pius IV., Pius V., & Gregorius XIII. sub cuius Pontificatu anno nono e vita migravit.

§. LXV.

Cardinalis Maffæi fata.

Ciacon. l.c.**pig. 1038.****Ughel ad****Ciacon. &c**

Alter erat Marcus Antonius Maffæus nobilis Romanus Hieronymi Filius, & Bernardini Cardinalis, atque Achilleis in Purpuratorum Senatu Advocati Frater. Hic Romæ die trigesima prima Mensis Augusti Anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo vigesimo primo natus summa industria jurisprudentiæ vacabat, atque in hac scientia eximum sibi nomen comparabat: unde a Paulo III. Confessorialis Advocatus, postea vero Canonicus ad sanctum Joannem in Laterano, ac denique mortuo Achille Fratre suo Ecclesiæ Vaticanæ Canonicus renuntiabatur: porro paulo post alteri Fratri suo in Theatino Archiepiscopatu in Neapolis Regno successerat: demum reparandis Cardinalem titulis, necnon Urbis ædificiis ruinæ proximis a Pio IV. præficiebatur,

quæ
tur:
quæ
nter-
tiati
s II,
Gre-
nno

eus
ius,
hil-
cati
ori-
ræ
pri-
ru-
tia
de
us,
in-
uo
æ
o-
r-
c-
a-
is
;
tur , ac demum a Pio V. illius Successore Sæcul. XVI.
Sedis Apostolicæ Nuntius in Po- A.C.1583.
Ioniam decernebatur: inde vero redux
Romanæ Urbis Vicarius , postea Data-
rius, atque anno Christi millesimo quin-
gentesimo septuagesimo Cardinalis no-
minabatur , ubi mortuo Ursino Cardi-
nale a Gregorio XIII. signandis literis
Apostolicis præponebatur: ast eo ipso
tempore, quo per crebra obsequia fese
de Ecclesia optime meritum reddebat,
Romæ die vigesima prima Novembris
hoc anno Domini millesimo quingen-
tesimo octogesimo tertio mortis invidia,
postquam sexagesimum primum ætatis
suæ annum exegerat , vivis ereptus
est, corpusque ejus absque ulla pompa
in Fratrum Prædicatorum Ecclesia san-
ctæ Mariæ supra Minervam in Sacello
sancti Sebastiani prope Bernardini Car-
dinalis Fratris sui monumentum terræ
mandatum est.

§. LXVI.

Cardinalis Delphinus mortuus.

Tertius erat Zacharias Delphinus, Ve- Ciacon.
netus Andreæ Filius die vigesima pag. 956.
nona Maji anno restauratæ salutis mil-
lesimo quingentesimo vigesimo septimo
natus, qui percurso studiorum stadio
in Patavina Universitate tantos in scien-
tiis progressus fecerat, ut a Julio III.
Proto-